



EXERCITATIO HISTORICA

DE

NOBILISSIMO

JOHANNITARUM

ORDINE

GOETI

PRÆSIDE



BARLITHI

THE JOHANNIS GEBHARDI

50





I. N. J.

THESIS. I.



mpiam Saracenorum juxta ac Turcorum gentem furtis & latrociniis semper fuisse deditam, nemo, nisi in historiis planè hospes, est qui nesciat. Tam felicia autem fuerunt horum barbarorum arma, ut magnis successibus Damascum, Syriam, Ægyptum, & inde porrò Africam sub potestatem suam redegerint. Inventà tamen nullo non tempore sunt non pauca Christianorum agmina, & instituti hinc inde Sacræ militiæ Ordines Equestres, qui animosè impiis horum conatibus sese opposuerunt. Quos inter cum celeberrimus *Johannitarum Ordo* maximè floreat, & reliquos Sacræ militiæ Ordines, quotquot hodie supersunt, facile vincat, eò quòd nimiùm intentus ille hodiernum sit Christiani orbis finibus à violentia Muhammedanorum protegendis, operæ pretium nos facturos putamus, si in nobilissimi hujus Ordinis Originem & Incrementa paulò accuratiùs, quantum quidem pagellarum angustia permittent, erimus inquisituri.

Inter S. Militiæ Ordines primas tenet Ordo Johannitarum, cujus investiganda

II.

Cùm *Heinricò II.* Cæsare imperante, infensissimus Christiani nominis hostis Annò post nativitatem Christi 1012. occupatâ Hierosolimâ inclytum S. Sepulcri tem-

Origos



plum illæsum conservasset, pietatis Zelô adacti merca-  
tores Amalphitani, ab Amalphia, Regni Neapolitani  
civitate nomen habentes, consensu *Hachanis Caliphæ*,  
Reſtoris Ægypti, Anno 1048. Hierosolymis Oratorium  
quoddam (ad differentiam Græcorum) unâ cum mona-  
ſterio, in honorem *S. Mariæ Latinorum*, ad recipien-  
dos peregrinos extruxerunt, Abbate & monachis non-  
nullis è civitate Amalphia eò traductis. Hi cùm subſe-  
quenti tempore eos, qui ad ſacra hæc loca ex omni  
Christianorum orbe magnô confluerent numerô, non  
inediâ tantùm, ſed etiam variis adverſitatibus ab infide-  
lium turba premi magno cum moerore et dolore vide-  
rent, victui & veſtitui ſuo detrabentes, prope monaſte-  
rium Xenodochium quoddam erexerunt, ut nocte at-  
que interdiu peregre adventantes haberent, ubi tuti  
conſiſtere adverſus cœli intemperiem & inſidias Tur-  
corum quirent, adjunctô eidem Oratoriô in honorem  
*Dei & S. Johannis Baptiſtæ*, in perpetuam *Zachariæ*  
patris, qui eò loci ſæpe ad meditando conveniſſe di-  
cebatur, memoriam, à quo deinde *Johannite*; ſicut ab  
illo *Hospitalarii*, Germ. die *Spital-Herren* nuncupati  
ſunt. Sunt tamen, qui *Johanni* Eleemoſynario, Seculi  
VII. Patriarchæ Alexandrino, ob frequentes, quas pau-  
peribus erogabat eleemoſynas, ita cognominato; vel  
alii cuidam *Johanni*, Seculi IV. Eremitæ Ægyptio, qui  
pauperes ſpiritu erexiſſe, & propheticô ſpiritu dotatus  
Imperatori *Theoſio* futuros eventus prædixiſſe fertur,  
Xenodochium illud dicatum fuiſſe ſcribunt. Vid. Poly-  
dor. *Vergil. de rerum invent. Lib. VII. cap. 5. p. 503.* Cen-  
turiatores Magdeburgenſes *Cent. XII. cap. 6. p. 936. ſeq.*  
Seba-

Sebastianus Franck in Chron. p. 217. Christiani ab Oster-  
hausen Statuta, Ordnungen/ und Gebräuche des hochlöbl.  
Ritter-Ordens S. Johannis / pag. 9. 10. 11. Limnæus  
Tom. II. Juris Publ. Lib. VI. cap. 2. num. 53. Burchardi  
Niderstedl Malta Vetuset Nova Lib. II. cap. 7. p. 73. 74.  
Ab horum sententia abire videtur Matthæus Dresferus  
qui in Isagoge Historica Millen. VI. cap. 4. pag. 611. Io-  
hannitarum Ordinem Anno 1119. à Balduino II. Edes-  
se Comite, tertio Rege Hierosolymitano institutum esse  
scribit. Tantum autem abest, ut Dresferus Scriptoribus  
suprà citatis contradicat, ut potius amicissimè cum iis-  
dem conspiret. Namque respicit hic illud tantum tem-  
pus, quo Equitum dignitatem, nec non Johānitarum no-  
men nacti sunt Hospitalarii, ut Thef. IV. dicemus. Illi ve-  
rò primam Hospitalariorum Originem descripserunt,  
quæ utique à multis retrò annis deducenda venit.

### III.

Celeberrimus hic Hospitalariorum sive Johannita-  
rum Ordo diversis in locis sedem suam habuit. Ac pri-  
mum quidem Hierosolymis perstitit usque ad Imperi-  
um *Friederici Barbarossæ* & annum Chr. 1187. quo  
urbs à *Saladino*, Ægypti Sultano est expugnata. Dehinc  
in castello *Margat* usque ad Ann. Chr. 1192. commo-  
ratus est, quo *Ptolomaida* sese contulit. Amissâ Ptol-  
omaida, Anno 1291. tempore *Rudolphi* Habsburgensis  
*Limissonem* in Cypro commigravit, eamque usque in  
ann. 1308. quo *Heinricus Lüzelburgensis* imperii fasces  
suscepit, tenuit. Postinde cum multi nobiles viri huic  
Ordini se adjungerent, in tantum numerum, tantamque  
potentiam excreverunt Johannitæ, ut eo ipso, quo Li-

Sedes, quæ  
fuit Hiero-  
solyma

Margat

Ptolomais

Limisson

Rhodus

Creta,  
Venetia,  
Viterbum,  
Nicza,

Syracusæ,  
sup. as. 2  
Malta,

missione emigrabant anno, duce *Wilhelmô Villaretô*,  
Magnô Ordinis Magistrô, nobilissimam Insulam *Rho-*  
*dum* (unde *Rhodiorum Equitum* nomen) unâ cum ad-  
jacentibus *Nicoria, Episcopia, Iolli, Limonia* atque *Si-*  
*rana* armatâ manu Saracenis eriperent, quas omnes  
contra quoscunq; barbarorum insultus fortissimè pro-  
pugnârunt, donec tandem Anno 1522. omni Christiano-  
rum Principum partim civili bellô, partim aliis curis  
occupatorum ope, nec non commeatu necessariô de-  
stituti eam Turcis relinquere sunt coacti. Liberè tamen  
abire permitti in *Cretam* Insulam, Venetorum ditioni  
tum temporis subjectam primò, deinde *Venetias, Viter-*  
*bum* & in alia Italiæ loca, tandemque *Niceam* urbem  
ad mare Ligusticum in Provincia inter Masfiliam & Ge-  
nuam sitam, quæ tum Duci Sabaudiaë parebat, demi-  
grârunt, usque dum *Caroli V.* Cæsaris voluntate *Syra-*  
*cusas*, & non longè post Anno 1529. ejusdem Cæsaris  
consiliô & liberalitate in insulam *Melitam* sive *Maltam*  
(â qua *Maltenses Equites* dicti) sedem suam transtule-  
runt, quam Insulam pro perpetuæ habitationis loco ab  
Imperatore dono acceptam occupârunt his conditioni-  
bus (1) ut contra Turcam piratasque pugnare semper  
essent parati. (2) ut Hispaniæ & utriusque Siciliæ Reges  
agnoscerent Protectores. (3) ut iisdem in signum grati-  
tudinis singulis annis falconem mitterent. Hisce condi-  
tionibus nobilissimæ hujus insulæ possessionem adepti  
Johannitæ ad nostra usque tempora animosè conservâ-  
runt. Polyd. Verg. loc. cit. Osiandr. Epit. Hist. Eccles. Cent.  
*XIV. Lib. 1. cap 2. pag. 410.* Osterhaulen *Lib. cit. p. 12.*  
*Limn. loc. cit. Nidersted lib. cit. p. 77. 78. 79.*

IV. Fu-

Fuit autem primis temporibus præcipuum Hospitaliariorum officium, ægrotos pariter & peregrinantes suscipere & fidelem eorum curam gerere. Ast sub *Balduino II.* Tertio Rege Hierosolymitano Equitum dignitatem & Johannitarum nomen naçti (Vid. *Dresler. loc. cit.*) strenuam operam in Turcis à Christianorum cervice depellendis nullo non tempore navârunt. *Micrælius* quidem in *Syntagm. Histor. Eccles. Lib. III. Sect. I. pag. 258.* à *Fulcone, Turonensium, Cenomanensium & Andegavensium Comite*, Balduini genero et Successore, Hospitalariis Equitum dignitatem collatam fuisse affirmat. Ast conciliari hæc opiniones facile possunt, si *Baldunum*, Equitum dignitatem primùm contulisse; *Fulconem* autem confirmasse dixeris. Non tantùm autem Seculò XII. & subsequentibus, militiam Deo Opt. Max. & Johanni sacram insigniter exercuerunt Johannitæ; sed & hodiernum ad 600. milliaria, versus Græciam & Rhodum excurrunt, ut Turcis noceant, & sublatis piratis mare pacatum reddant. Et in hunc usum, pro temporis pariter & facultatum ratione certum Galearum aliarumque navium numerum sustentare solent. Ut plurimùm autem sex habent galeas, quarum singulæ 400. aut 500. milites & 16. tormenta bellica majora ferre possunt, quæ quotannis d. 1. Maji portu Melitæ solvunt, & expeditione peractâ plerumque mense Octobri prædâ onustæ redire in Insulam consueverunt. Tenuerunt olim maximam & omnibus hostibus in mari mediterraneo formidabilem navem, quam ex Rhodo Insula transportatam *Carolus V.* Imperator, & *Franciscus I.* Galliarum Rex, accerri-

accerrimò inter hos ipsos bellò exortò, petebant. Verùm Ordinis Priores habità deliberatione eandem sunt demoliti, ne, si alterutri gratificarentur, alterum nanciscerentur, inimicum. Vid. Osterhausen *lib. cit. Tit. XXI. pag. 273.* Nidersted, *lib. cit. cap. 8. pag. 81.*

V.

Vestitus,

Habent nobilissimi hujus Ordinis Equites belli tempore baltheum rubrum cum cruce alba recta; tempore pacis chlamydem sive pallium nigrum cum cruce alba octangulari, quam Raimundus de Podio, qui Anno 1118. primus à fratribus Hospitalariis Ordinis Rector est creatus, unà cum votis instituit, iisque arma tradidit. Vid. Joh. Wolfii *Tom. I. Lediton. Memorab. Centen. II. pag. 276.* Sebast. Franci *loc. cit. Linn. loc. cit. Osterhausen lib. cit. pag. 11.* Nidersted. *lib. cit. cap. 9. pag. 90.* Quòd si in publicum prodierint habitu indecenti & absque cruce, pœnæ rei fiunt. Præprimis autem Equites Sonnenburgenses, qui vel absque cruce in publico comparent, vel minorem, quàm à Magistro acceperunt, sibi compararunt crucem, 60. joachimicos; ùt et Eques ille, qui ejusmodi delinquentem deprehendit, nec tamen indicat, 100. taleros solvere pœnæ locò debent, ùt liquet ex *Statut. punct. 10. de quib. infrà Thef. VII.*

VI.

Bona:

Cumque ad excipiendos & sustentandos peregrinantes magni requirerentur sumtus, non tantùm in atrona quædam devota, Agnes, civis Romana, quæ virginum coenobio, in honorem S. Mariæ Magdalena Hierololy- mis à se extructo præfuit, certos Ordini Hospitalariorum contulit redditus; sed etiam viri nonnulli pii & religiosi quàm



quàm plurima bona subsequētib; temporibus eidem  
attribuēre. Namque *Godofredus de Bullion, Dux Lo-*  
*tharingia*, urbe Hierosolymorum Ann. 1099, in potesta-  
tem suam redactâ, fratrib; Hospitalariis pro strenua,  
quam in oppugnatione urbis navârunt, operâ, nonnulla  
bona tam in hereditariis suis ditionibus, quàm in Re-  
gno Hierosolymitano recens constituto, primus con-  
cessit. Hujus æmulatione compulsus *Baldwinus I.* Go-  
dofredi frater, II. Rex Hierosolymitanus, præstitæ sibi  
ab Hospitalariis in bello contra Arabes gesto fidelita-  
tis memor, arces nonnullas & oppida iis tradidit. Hæc-  
ce laudabilissima Antecessorum suorum vestigia pre-  
mens *Baldwinus III.* Quintus in ordine Rex Hieroso-  
lymitanus, plurima oppida & vicos Johannitis ob  
perspectam in Terra Sancta virtutem dedit, quæ res in-  
gentium simultatum Patriarcham Hierosolymitanum  
inter & Johannitas caussa & origo fuit. Ægre namq;  
ferens Patriarcha, quòd prædiorum decimas ipsi dene-  
gârent; quòd sumtuosas domus ante Resurrectionis Ec-  
clesiæ januam in contemptum sui extruerent; quòd reci-  
perent excommunicatos, eosque ægrotos supremâ  
unctione, & mortuos sepulturâ dignarentur, rem  
omnem ad Pontificem Rom. *Hadrianum IV.* detulit,  
qui verò, sententiâ pro Johannitis pronunciatâ, eorum  
bona à Patriarchæ & aliorum Episcoporum jurisdic-  
tione exemit. *Baldwino* defuncto successit ejus frater  
*Amalricus*, qui *Gilberto de Assilii*, Ordinis Johannita-  
rum Magistro, Pelusium cum universa circumjacente  
Regione in perpetuum cessit. Interjectô deinde tem-  
pore cùm Templarii ob amicitiam cum Turcis suspecti  
essent

B

essent

essent & invisi, multi nobiles viri, occupatâ à Turcis Hierosolymâ, ordini Johannitarum se adjungentes, omnia sua bona transmarina eidem attribuerunt, donec tandem extincto Templariorum Ordine Anno 1313. eorum possessiones & prædia, præprimis autem ea, quæ in Germania obtinuerunt, majori ex parte Johannitarum & Teutonico Ordini sunt adjudicata. Prætereà insigni Johannitarum Ordini accessit incrementum, ex quo vetustior Equitum Sacri Sepulcri Ordo cum omnibus bonis ab *Innocentio VIII.* Pontif. Rom. ei est incorporatus. Quanta verò sint Johannitarum bona, & quanti ex his ipsis redditus, colligere est ex eo, quòd ordinarias expensas in insula Malta An. 1640. ad 254000. scudos se extendisse, Christianus ab *Osterhausen lib. cit. Tit. V. p. 113.* testetur. Omnia hæc Johannitarum bona in certas *Commendas* i. e. prædia, domus & possessiones sunt divisa, à quibus etiam ii, qui iisdem fruuntur, *Commendatores* nuncupantur. Hi subiungunt certò cuidam *Priori* sive *Bailio*, qui rebus cujusque Provinciæ præest, atque aliquoties suorum Conventu habito, de singulis inquirat, quid omnibus locis factò opus sit, imprimis autem providet, ne Ordo iis in oris aliquod detrimentum capiat, sed certa, eaque vel tertia vel quinta pars proventuum, quam *Responsiones*, vel communiter vocabulò Latino-Getmanicò die *Responsgelder* vocant, in Insulam ad Principem transmittatur. Vid. *Centuriat. Magdeburg. loc. cit. Wolfii Led. Memorab. loc. cit. Osterhausen lib. cit. p. 11. & Tit. XIV. p. 221. Niedersted. lib. cit. p. 74. 75. 76. 77. 82.*

VII.

Vivunt Maltenses sub Regula S. Augustini, atque singulis diebus orationem Dominicam centies quinquagies pro canonicis recitant horis, solenni votō voventes (1.) *Castitatem* sive *cœlibatum*, sub pœna sacrilegii, ne conjugii oneribus impliciti in militia sacra impedian- tur. (2.) *Obedientiam* Magistro & omnibus Superioribus in iustis & Statutis suis consentaneis causis præstandam. (3.) *Paupertatem* voluntariam, eò quòd Christus pauperes beatos prædicet. Hancce Regulam Raimundus de Podio, Florentinus, Secundus Ordinis Rector præscripsit, atque observandam Ordini proposuit. Vid. Polyd. Verg. *loc. cit.* Osterhausen *lib. cit.* Tit. I. p. 14. 15. Nidersted. *lib. cit.* cap. 7. p. 75. cap. 9. p. 87. Johannes Baptista Rondinellus in *Statutis Hospitalis Hierusalem* adducit Raimundi verba, quæ sic sonant: *In nomine Domini Amen. Ego Raimundus de Podio, Servus pauperum Christi, & Hospitalis Hierusalem custos, de Concilio Capituli Fratrum instituo hæc in Domo Hospitalis Sancti Johannis Baptiste Hierusalem. Præcipio enim, quòd omnes Fratres accedentes ad obsequium pauperum & tuitionem fidei Catholicæ teneant, & cum divino præsidio servent tria, quæ promissa sunt DEO, videlicet CASTITATEM, OBEDIENTIAM, hoc est, quod adimplebunt, quicquid eis erat injunctum à suo Magistro: atque VIVERE SINE PROPRIO, quoniam DEUS requireret hæc tria ab eis in ultimo iudicio. Et hanc Regulam observare debuerunt omnes, qui nomen suum inter Johannitici Ordinis Equites erant professi, usque ad Reformationem Lutheri.* Ex quo enim tempore, mode-

Vota  
Statut  
Maltei

rante divinô Nomine, Ecclesia Christiana ductu B. Lu-  
theri à variis iisque crassissimis Pontificum Romano-  
rum erroribus & superstitionibus est repurgata, ii Equi-  
tes, qui Lutheranae Religionis cultum amplectebantur,  
in nonnullis capitibus, præprimis autem iis, qui Pon-  
tificiam superstitionem sapiunt, abire à Maltensium Sta-  
tutis & Regulis cœperunt, ita tamen ut non duo diver-  
sa corpora, sed unum corpus cum iisdem constituent,  
atque Magno Maltensium Magistro quotannis Respon-  
siones, i.e. certam pecuniæ sumam hodiernum mittant,  
prout Reverendissimus, Per-Illustris & Generosissimus  
Dominus CAROLUS Lib. Baro à Stein/ Consiliarius  
Intimus Brandenburgicus, Cancellarius, & Iudicii Auli-  
ci Director gravissimus, nec non Superioris Burggravia-  
tûs Norici Dapifer hereditarius, Ordinis Johannitici  
Eques, & designatus Commendator in Lützen / Dominus  
hereditarius in Rupperts / Emtmansberg / Hagenow/  
Ost-und Nordheim/ Altkûnsberg/ &c. Macenas Noster  
plurimum venerandus, pro ea, qua pollet, humanitate,  
Ipse nobis retulit. Sunt autem Statuta, quæ Equitibus  
& Sonnen-  
burgenses. Lutheranae vel Reformatæ Religionis addictis, in ipso  
initiationis actu, ab Ordinis Cancellario Sonneburgi in  
Ecclesia publicè præleguntur, sequentia:

(1.) So muß derselbe/welcher in diesen Ritterlichen Or-  
den aufgenommen wird / entweder Fürstlichen / Gräfli-  
chen / Freyherrlichen / oder alten Adelichen freyen Stan-  
des und Herkommens / auch mit keinem öffentlichen gro-  
ben Lastern beslecket / noch leichtfertigen bösen Lebens seyn/  
sondern ein Gottseeliges Leben und Wandel führen / und  
das Ordens-Creuz in achteckichter Form (wodurch die  
acht

acht Seeligkeiten/als da sind Armuth / Mitleidigkeit /  
Sanftmuth / Gerechtigkeit / Barmherzigkeit / Her-  
zens Reinigkeit / Friedfertigkeit und Gedult ange-  
deutet / und Matth. V. angeführet werden ) Ihm ein Zei-  
chen seyn lassen / daß Er sey erlöset / durch das h. Blut un-  
sers HErrn Christi / am Stamm des Creuzes.

(2.) Ist ein Ritter dieses Ordens schuldig / die Christliche  
Kirche / und wahren Christlichen Glauben / nach allen sei-  
nen Vermögen und Kräften zu vertheidigen / und im  
Nothfall mit Darsetzung Leibes und Lebens zu beschützen.  
Nichts minder auch vor das Vaterland tapfer und Ritter-  
lich zu streiten / und S. Chur-Fürstl. Durchl. zu Bran-  
denb. als hohen Patrono des Ritterlichen Ordens vor al-  
len andern ausländischen Potentaten in Kriegszeiten zu  
dienen.

(3.) Muß ein Ritter auch nach allen Kräften und Ver-  
mögen sich dafür hüten / damit Er in Kriegs-Expeditio-  
nibus die Fahnen oder Kriegszeichen / unter welchen Er  
sich befindet / aus keiner Ursachen / wie die auch Nahmen  
haben mögen / verlasse / oder sich einigen gemeinen Kerlen  
gefangen gebe / massen dann selbiger / von dem solches ge-  
schicht und erfahren wird / zu gewarten hat / daß Er mit  
grosser Schand aus dieser Ehre und Ritterlichen Gesell-  
schaft hinweg abgefondert / und mit Spott gestossen  
werde.

(4.) Es ist auch eines Ritters Ambt und Schuldigkeit /  
daß Er alle Wittben / Waisen / und Armen / auch andere  
betrübte und bekümmerte Personen vertheidige / beschütze  
und ihnen helffe.

(5.) Und als die fürnehmste Tugend eines Ritters ist

die Keuschheit / so werden alle und jede solcher Tugend  
sich beflüssigen.

(6.) Demnach auch einer Ritterlichen Person eine große  
Schande/wann sie geschlagen wird/so soll ein jeder Rit-  
ter die drey Streiche/welche Er jezo mit dem Schwert  
von dem Herrn-Meister empfangen hat / für sein letztes  
halten und gelitten haben / und hinfüro von niemand sich  
mehr schlagen lassen.

(7.) Hingegen die Tugend / sonderlich die Ehre / wel-  
che vier andere Tugenden in sich hält / lieben und werth  
halten. Als erstlich soll ein Ritter mit Weißheit bega-  
bet seyn/und hiermit das Vergangene erwegen / das ge-  
genwärtige verrichten/und das künftige zuvor sehen. Vors  
andere soll Er mit der Gerechtigkeit das gemeine- und  
Privat-Wesen erhalten/ und mit der Wage der Justiz alle  
Sachen recht erwegen/und die Billigkeit in Obacht halten  
helffen. Zum dritten muß Er mit der Stärcke seinen  
Helden-Muth erweisen/und die Größe seines Herzens in  
allen einen Christlichen Ritter wohl anstehenden Zufällen  
erzeigen. Vors vierdte muß Er mit der Mäßigkeit sei-  
ne Sinne und Zuneigungen mäßigen/ und also sich selbst  
zu einen ehrlichen/vollkommenen Ritters-Mann machen/  
und mit diesen obgesagten Tugenden kleiden und zieren/vi-  
gilant seyn/und nicht unterlassen / diese Tugenden hoch zu  
achten und zu lieben / damit hingegen dieselbe einen jedwe-  
dern zu höhern Ehren bringen / und bey andern Ruhm  
und Lob erwerben mögen. Es erwache demnach anjezo ein  
jeder von dem Müßiggang und Lastern / Er sey wacker  
und bereit zu allen Tugenden / sonderlich aber den Christ-  
lichen

lichen Glauben wider alle die jenigen / so selbigen Schaden  
zufügen wollen / zu vertheidigen.

(8.) Ein Christlicher Ehrliebender Ritter muß auch  
gedencken / wann Er in diesen Orden mit der Zeit viel Mü-  
he und Arbeit finden möchte / daß Ihm doch solches alles /  
wann Er sich seiner Freyheit / zu Dienste der Christlichen  
Religion / begiebet / werde leicht und unmühsam werden.

(9.) Zu förderst aber und für allen Dingen muß Er  
seinen Obern / bevorab einem regierenden Herrn = Meister  
dieses Meisterthums / willigen und steten Gehorsam leisten /  
und vergewissert seyn / wann Er diesem wiederkäme / daß  
er auch einzig und allein hiedurch / nach Besag des Rit-  
terlichen Orden Stabilimenti , seines Ritters = Standes  
und davon dependirenden Beneficien sich verlustig ma-  
chen / und einem regierenden Herrn = Meistern dadurch  
sattsame Ursach / Ihn zu entsetzen / geben könne.

(10.) Endlich und zum Beschluß müssen die Ritter wis-  
sen / daß sie / vermöge der Ordens = Statuten , schuldig und  
gehalten seyn / alle einerley weises achteckichtes Kreuz  
zu tragen / wie sie jeko überkommen / und derjenige / welcher  
sich ohne dasselbe befinden und sehen lasse / oder nach seinen  
Belieben gleichsam zu Schimpf des Ritterlichen Ordens  
und des Herrn Meisters Ihm ein sonderliches kleineres  
machen lasse / und es am Halse trägt / allewege 60. Tha-  
ler / zur Straffe verfallen / auch derselbe Ritter / der Ihn  
also antrifft / und es nicht bey hiesiger Ordens Cankelen  
anzeiget / 100. Thaler Straffe verwircket haben / die bey-  
des allhiesiger Ordens = Kirche zu und anheim fallen sollen.

### VIII.

Recipiuntur verò in Equitum numerum nulli spurii,  
nisi

Receptio;

nisi à Principe aut Comite geniti, quos tamen & ipsos Germanorum natio respuit; nec admittuntur, qui originem à Judæis, Muhammedanis aliisque infidelibus traxerint; nec qui homicidiô aut aliô quodam facinore onerati; nec qui matrimonium contractum perper carnalem copulam consummaverint. Ast hæc ultima conditio à Sonneburgensibus non attenditur. Sed oportet ut recipiendus ex parentibus antiquâ generis nobilitate conspicuis sit procreatus, & nobilitatis suæ insignia ( si scil. recipiendus sit Germanus; aliæ namque nationes octo; aliæ quatuor tantum insignia requirunt ) à XVI. Majoribus usque deducere valeat. Prolixiores sunt Solennitates & Ceremoniæ in ipso initiationis actu usitatæ, quàm ut huc transcribi commode possint. Descripserunt eas sat prolixè Johannes Bapt. Rondinellus in *Statutis Hosp. Hierus. Tit. 2.* Christianus ab Osterhausen *lib. cit. Tit. II. p. 47.* Dresserus *loc. cit.* aliique. Quæ verò sint Sonnenburgensium Solennitates, haud ita pridem à Patrono quodam Magno accepimus manuscriptas, quas hîc adducere pagellarum angustia non permittunt.

I X.

Caput Supremum, quod est Magnus Magister in insula Malta.

Subjacent Equites Melitenses Magni Magistri imperio. Principiô quidem Xenodochii hujus Superiores dicti sunt *Rectores*, deinde *Magistri*, tandem verò *Magni Magistri*, quorum primus, cui hic titulus in antiquis monumentis confertur *Rogerus de Molins*, annô 1179. electus, fuisse dicitur. Neminem autem ante annum 1437. & *Joannem Lasticum* hoc titulô usum esse Osterhausen *lib. cit. Tit. IX. p. 169. & Tit. XXI. p. 314.* testa-

testa-



testatur. Tenentur autem non solum Equites Malten-  
ses, cujuscunque statûs sint ac dignitatis, propter obedi-  
entiæ votum ab initio receptionis præstitum; sed etiam  
omnes & singuli utriusq; insulæ Melitæ & Gaudi inhabi-  
tatores obedientiam præstare Magistro, cum Princeps  
earum dicatur, quippe qui ejusmodi titulô in diploma-  
tibus suis utitur, imò in Imperii comitiis ratione bono-  
rum, quæ Imperio Romano-Germanico subjacent, in-  
ter Principes Ecclesiasticos Sessionem & votum obti-  
net. Ipse verò ex Regibus & Principibus neminem  
agnoscit superiorem, nisi quòd Regi Hispaniæ, ut feudi  
Domino, beneficium debeat, atque falconem mittere  
teneatur, de quo suprâ Thes. II. Quemadmodum autem  
Pontifices Romani, mundanæ dominationis admodum  
cupidi, nullo non tempore in omnes Principatus atque  
Potestates dominium quæsierunt, & partim etiam ac-  
quisiverunt; sic quoque Maltenses Equites, multis gra-  
tiis & immunitatibus à sede Romana dotatos suo subje-  
cerunt imperio. Hinc electio Magni Magistri non tan-  
tùm à Pontifice confirmanda venit; sed etiam vita ejus  
& actiones, Romanæ sedis censuræ, ut & omnes Milites  
& Clerici Supremæ ejus Jurisdictioni subjacent, quippe  
quæ contra Sectam Muhamèdanam & alias hæreses  
*Tribunal*, ut vocant, *S. Officii Inquisitionis* instituere,  
nec non ad inspiciendos Clericorum mores, eorumque  
defectus reparandos mittere haud rarò in Insulam Visi-  
tatores quendam solet. Vid. Nidersted *lib. cit. cap.*  
*X. p. 91. 92.* Equites autem Johannitæ in *Marchia*,  
*Saxonia*, *Pomerania* & *Vandalia* subsunt *Magi-*  
*stro*, qui Germ. *der Herr Meister* vocatur, & le-  
dem

& Magister  
Sonnebur-  
gi.

dem suam *Sonneburgi in Marchia* habet, quem hono-  
ris & dignitatis gradum *Reverendissimus & Celsissimus*  
*Princeps ac Dominus, Dominus MAURITIUS, Prin-*  
*ceps, Nassovia, Comes in Catzenellenbogen, Vianden &*  
*Diez/ Dominus in Beilstein, Serenissimi & Potentissimi*  
*Electoris Brandenburgici Consiliarius Intimus, & Pro-*  
*princeps in Ducatu Clivensi & Marchia Comitatu, &c.*  
hodiè obtinet. Ipse autem tam in Ecclesiasticis, quàm  
Secularibus rebus nemini subjacet, nisi Serenissimo &  
Potentissimo Electori Brandenburgico, quem unà  
cum Equitibus suis tanquam Patronum & Ordinis sui  
Protectorem agnoscit & veneratur. Plura quidem ad-  
huc essent de Nobilissimo hoc Ordine dicenda,  
sed ne pagellæ hæ nostræ justam disputa-  
tionis formam & modum excedant,  
hîc subsistimus.

D. O. M. G.



Meo

( 0 )

Decorative flourish consisting of a row of stylized floral or scrollwork motifs.

I.

Meo

CHRISTOPHORO ALBINO Seyfriedi

Optimi Parentis non degeneri filio, Auditori,

Consalino atque Inquilino

perdilecto

*bona quaeque ominatus plaudebam*

PRÆSES.

CLarus & ut fortis Sancti fiet  
Ordo Johannis,

Mi SEYFRIEDE, refers. Pergito: clarus eris.

Decorative flourish consisting of a row of stylized floral or scrollwork motifs.

II.

Ornatissimo RESPONDENTI,

AUDITORI SUO DILECTISSIMO,

Nobilis hinc, Equitum non ultima gloria, curto  
JOHANNITARUM scribitur ORDO stylō.

Hunc dum, SEYFRIDI, doctā sic arte coarctas,

*Fama tuas laudes amplificabit anus.*

Faventissimā manū auloxyediasē scribebam

M. JO. CHRISTOPHORUS LAURUS, Eloq.  
& Poës. Prof. Publ.

Madri

no-  
nus  
rin-  
2 6  
imi  
ro-  
5c.  
am  
&  
unā  
s sui  
ad-

eo



III.

### Madrigal.

**D**ie Edlen Johanniter/  
Und ihres Ordens hohe Pracht  
Hat sich von hinnen  
Zur Himmels-Zinnen  
Schon längst ins Sternen-Buch gemacht.  
Da sind sie eingeschrieben  
Mit ew'gen Diamant.  
Mein Freund / in dem du mit gelehrter Hand  
Ein schönes Werk getrieben/  
Und all Ihr Thun auf einem Blat uns zeigest;  
Was thust du anderst wohl/  
Als daß du auch (Glück zu!) zum Sternen steigest?

Seinem sehr werthen Freund / und vielgeliebten Tisch-  
und Stuben-Gesellen / wolte hiermit Glück  
wünschen

Johann Jobst von Carlowitz / Eques  
Misnicus.

F I N I S.



Voll

5

